Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1844

XLIII. Bischof Peter, Vicar des Bischofs von Havelberg, verschreibt den Wohlthätern der St. Gertraud-Kapelle zu Neuruppin einen Bußerlaß, im Jahre 1433.

urn:nbn:de:hbz:466:1-54407

Visual Library

ghenanten Albern unde Hans unſe unde unſes veddern Peter Rynsberghes Ingheſeghele med wytſchop unde willen laten henghen an deſſen bryff. Na godes bort 1433, ame dynsghedaghe na trinitatis.

Nach Bratrings handſchriftlicher Sammlung.

XLIII. Biſchof Peter, Vicar des Biſchofs von Havelberg, verſchreibt den Wohlthätern der St. Gertraud-Kapelle zu Neuruppin einen Bußerlaß, im Jahre 1433.

Petrus, Dei et apoſtolice ſedis gratia episcopus Berſalvenſis, Reverendi in Chriſto patris et domini Conradi episcopi Hauelbergenſis eccleſie Vicarius in pontificalibus, univerſis et ſingulis chriſti fidelibus Salutem in Domino. Cupientes quoslibet Chriſti fideles quibusdam muneribus, indulgentiis ſcilicet et remiſſionibus peccatorum, ad devocionis et caritatis opera invitare, Quatinus exinde reddantur divine gratie aptiores; Omnibus igitur chriſti fidelibus vere penitentibus contritis et confeſſis, qui capellam ſancte Gertrudis, extra muros nove Ruppyn ſitam, havelbergenſis dyoceſeos, In precipuis feſtiuitatibus, ſcilicet in natiuitate domini, Epyphanie, Reſurrectionis domini, Aſcenſionis domini, Penthecoſtes, In feſto corporis chriſti, In feſto Joannis baptiſte, In omnibus feſtiuitatibus apoſtolorum atque archangelorum ſeu michaelis, In feſto omnium ſanctorum atque commemoracione omnium fidelium defunctorum, Sanctorum martyrum atque nicolai confeſſoris atque omnium ſanctarum uxorum, videlicet Katherine, margarethe, Barbare, dorothee, Gertrudis atque marie magdalene, et in omnibus feſtiuitatibus glorioſiſſime virginis Marie, videlicet Annunciacionis, viſitacionis, Aſſumpcionis, nativitatis, conceptionis atque purificacionis, In anniverſario dedicacionis eccleſie, In feſtiuitatibus patronorum videlicet Sancti andree, decem millium militum, Eleuterii confeſſoris dicte eccleſie devocionis zelo acceſſerint, vel qui divinum officium vel verbum dei ibidem audierint, vel eciam qui fabrice et ornamentis eccleſie ſeu aliis neceſſariis manus porrexerint adjutrices, vel qui cimiterium circumiverint et cum devocione pro defunctis quinque pater noſter et totidem ave maria dixerint et qui in preſencia corporis domini noſtri Jeſu chriſti flexis genibus cum devocione quinque pater noſter et totidem ave maria dixerint, Quocienscunque aliquod premiſſorum fecerint, de merito effectu beneficioque ſacratiſſime paſſionis domini noſtri jeſu chriſti Auctoritate confiſi, Quadraginta dies indulgenciarum de omnibus injunctis penitenciis in domino relaxamus miſericorditer. Datum Ruppyn, Anno domini 1433, Sequenti die petri et pauli apoſtolorum, noſtro ſub ſigillo preſentibus appenſo.

Aus Bratring's handſchr. Urk.-Sammlung.

XLIV. Des Rathes zu Neuruppin Privilegium für die Pelzer, vom Jahre 1434.

In gades namen amen. Uppe dat dy dynck, dy in der tid geſchyn, nicht vorgan med der tid, ſo is des wol not unde behuff, dat ſy med tugen und med bryven wol bewaret werden, alſo dat herna daran neyn twyvel noch uppſtot en werde. Hirumme iſſet, dat wy Ratmannen der ſtadt nien Ruppin tu deſſeme jare, alſe Clawes Walsleve, Peter Symon, Gherke Blanckenberch, Hans Wildelow, Cune Stolle, Hans Meienborch, Heine Suringh unde Hans Storbeck, Bekennen